·XIIII· CVRATIO QVARIANAE FEBRIS: Quartanam febrem la
borantibus mitius agere e os oportet et neque
medicamen aliquo fortiore eis dare oportet neq·
euacuationem facere nisi forte sanguinis habun
dantiam esse uideris ut sic fl euotometur siue in
initio seu quolibet tempore cuius sanguinem tam
diu currere facis donec nigrum colorem in rufum
conuertat. dieta autem sit que non inflit sed buti
lis sit et digestibilis quae et molliat uentrem· quod
si uentris constrictio fuerit clysterem uteris inini
tio mollem post haec acriorem· carnes autem por
cinas prohibendas sunt uel omnia quae sunt uiscosa
et grabant digestionem et quae frigida sunt omni
a· uinum uero utatur album tenuem et mediocri
ter calidum· utantur etiam et salsamenta et sena
pe· sed et per aliquot dies antidotum diatrion pipe
reon accipiant aut diaspolitin· et si piper solum cum
calda aqua per singulos dies accipiant recte faciunt
cum uero causam aegritudinis in statum uenire cog
noueris tunc oportet tenues adsumere cibos et in
requie aeger est habendus diebus plurimis et uisce
ra cataplasmanda sunt que molliant medie et re
laxent· deinde dandas sunt diuritica medicamenta
et cum signa manifesta digestionis uideris facta tunc
dabis catarticum quod melancholicum deducat hu
morem sed non de semel sed frequentius dandus est
et cum fortiter fuerit purgatus antidotum tyria
cam dabis bibere et alia queq· talia quas nos frequen
ter usi sumus et a nobis probata sunt· ex quib· est lau
datissimus qui opiu cyrinaicu recipit IT· ad periodican
febres qui ex pinguib· et uiscosis humorib· generan
tur cum rigore febres agaricus datus· aut calamin
this

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. F 219 III, 7v – Oribasius: Synopsis medica (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8rn7/3475/36188)